hominibus etiam sine voluntatis usu in sacramento pietatis. Considerent hec qui de voluntate et opere contentiosis solent disputationibus rixari. considerent et advertant neutrum negligi oportere ubi non videtur deesse facultas perfectum cum utrumque sit alioquin ubi tamen facultas deest etiam non modo salutem conferre posset sed sanctitatem. Sed et hec quoque firmiter teneant quod possit prodesse quandoque opus sine voluntate non autem contra voluntatem ut videlicet salventur infantes inde magis dampnandi fiunt accedentes. Nichilominus sane in quibusdam voluntas sine opere sufficiens non autem contra opus invenitur. cum impleretur quis in bona voluntate sed necdum perfecta necdum plenam martirium sustinere. quis illi audeat propter hanc imperfectionem negare salutem. Forte enim propterea non sinuntur in illam graviorem temptationem venire ne deficiant et dampnentur. Numquid si in hac tam infirma voluntate induceretur in eam que super positum est temptationem nec voluntas roboraretur quis illum dubitet defecturum et negaturum et si in eo mori contigerit etiam dampnandum. qui enim erubuerit me coram hominibus erubescam et ego eum ait dominus coram angelis dei. In ea igitur imperfecta voluntate in qua salvatur ubi deest facultas operis non tamen posset salvari propter defectum operis vel opus defectionis. Idem vero et de ignorantia posset accidere. Eundem proinde caritate et scientiam bona opera fiunt mei nec infirmitatis nec ignorantie penam ullo modo parvipendentes. Magis autem sollicite et timorate agamus gratias benignissimo et largissimo salvatori qui huiusmodi salutis occasiones tam copiosa caritate providerit ut in his voluntate et opus in his sine opere voluntatem in his etiam sine voluntate opus salutis invenire letetur qui vult omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire. Hec est enim vita eterna ut cognoscant te patrem verum deum et quem misisti ihesum christum qui unus cum eo verus est deus super omnia benedictus in secula amen. ||

Sermo de Circumcisione domini et nominibus eius.

Postquam consummati sunt dies octo ut circumcideretur puer vocatum est nomen eius ihesus. Ab initio deus modum accepit et nichil umquam immoderatum illi placuit equitati. Hinc est quod omnia in pondere et mensura et numero condidit universa. Sed et ipsi homini protinus modum prescripsit mandatum constituit dicens. Ex omni ligno paradysi comedes de ligno autem scientie boni et mali ne comedas. Levissimum plane mandatum et larga omnino mensura. Sed transgressus est homo prescriptum sibi modum et constitutum sibi terminum pretergressus videt et avertit ab eo faciem suam deus vix tandem in diebus abrahe amici sui pluribus fieri incipiens rursus modum instituit promulgavit legem sed non priori similem usquequaque. Ea siquidem ad cautelam fuerant hec ad medelam. Ibi prohibitio facta ne superfluitas subintraret hec tamen ideo tradita abscisio est ut sacramenti remedio que subintraverant tollerentur Postremo illa quidem in arbore data est ne fructu eius vesceretur. hec

in proprio corpore ut caro peccatum sanaret. Nec dubium sane quin ce-
terorum quoque humani corporis membrorum addimentum illud leviathan corrupe-
rit veneno, scilicet concupiscentie et immundicie atque turbulentie, [illegible] vo-
luptatis, ut generalis quedam abscisio omnibus necessaria videatur. Ceterum
quia singularem abscisionem membrorum humana natura singularis et specialis
etiam infirmitas nullatenus sustineret, pie medicinalis dispositio superna
providit ut in ea potissimum parte concupiscentia castigaret in qua vehemen-
tius eam sentiat consistere et violentius malignari. In omni siquidem contra-
dictione spiritus rebellione membrorum solum illud usque adeo totum mox invenit
ut contra omnem voluntatis deliberationem ad inhonestos et illicitos motus
assurgat. Nam quod hec circumcisio octava fiebat die spem gerebat
regni celestis quod videlicet ad primum inflexus dierum circulus post eam qua-
dam ratione spem videtur. Hinc est quod octava potissimum dies post se-
ptem primitivos preceptis celebratur et in sermone domini prime beatitudinis copula-
tur octava ut celestis regni demum eiusdem promissione eviden[ter] nobis
corona fabricetur. ‖ Merito sane circumciditur puer qui natus est
nobis salvator vocatur quia videlicet ex hoc iam cepit operari salutem no-
stram, immaculatum illum pro nobis sanguinem fundens. Neque enim iam querere
est christianorum cur voluerit christus deus circumcidi. Propter hoc siquidem cir-
cumcisus est propter quod natus, propter quod et passus. Nichil horum propter se, sed omnia
propter electos. Nec in peccato genitus nec a peccato circumcisus nec mortuus est pro
peccato suo, magis autem propter electos meos. Quod vocatum est inquit ab ange-
lo priusquam in utero conciperetur. Vocatum plane non positum. Nempe et hoc no-
men est ab eterno. A natura proprium habet ut sit salvator, innatum est ei hoc
nomen non inditum ab humana vel angelica creatura. Sed quid dicemus quod e-
gregius ille propheta huic ipsi puero multis nominibus appellandum fore
predicens, hoc unum transisse videtur quod solum ut premonuit angelus et te-
stante evangelista vocatum est nomen eius? Exultavit ysaias ut vide-
ret hunc diem et vidit et gavisus est. Denique et loquitur gratulabundus
et laudans deum: Puer natus est nobis, filius datus est nobis, et factus est
principatus super humerum eius et vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius,
deus, fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Magna quidem nomina, sed
ubi est nomen quod est super omne nomen, nomen Ihesu, in quo omne genu flectatur?
Forte in hiis omnibus unum illud inveniens, sed expressum quodammodo et effusum. Nam
et ipsum est de quo sponsa in cantico amoris: oleum inquit effusum nomen tuum. Ha-
bes ergo unum in hiis omnibus appellationibus Ihesum, nec enim aut vocari posset
aut esse salvator si forte horum quippiam defuisset. Nunquid non vere
admirabilem in singulis sumus experti immutationem utique voluntatum nostrarum?
Hoc nempe est salutis nostre principium, cum incipimus respuere quod diligebamus,
dolere in quo letabamur, amplecti quod timebamus, sequi quod fugiebamus, optare
quod contempnebamus. Admirabilis plane qui hec operatur mirabilia. Sed

Dicitur a [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]

nichilominus et consiliarium sese exhibeat. Necesse est in electione penitencie et vite ordinacione ne forte sit nobis aliquis fervens zelus et voluntas bona, prudencia desit. Sane opus est ut deum quoque probemus in remissione videlicet peccatorum delictorum, quia nec sine hac salus nobis constare potest et nemo potest dimittere peccata nisi solus deus. Verum ne id quidem sufficit ad salutem nisi fortem quoque experiamur in expugnando impugnantes nos, ne ab eisdem rursum concupiscentiis superemur et fiant novissima nostra deteriora prioribus. Videtur ne iam deesse aliud salvatori? Plane deesset quod maximum est nisi et pater esset futuri seculi, ut per eum scilicet in immortalitatem resurgamus, qui per patrem huius seculi patrem generati sumus ad mortem. Neque hoc satis si non etiam princeps pacis patri nos reconciliaret cui traditurus esset regnum, ne forte sicut filii perdicionis utique non salutis resurrecturi videamur ad penam. Multiplicabitur autem eius imperium, ut merito salvator dicatur etiam pro multitudine salvandorum. Et pacis non erit finis, ut verum noverimus esse salutem que non possit timere defectum. ‖ Item de circumcisione domini.

p

[P]ostquam consummati sunt dies octo ut circumcideretur puer, vocatum est nomen eius Ihesus. Audivimus pueri expressum magnum pietatis sacramentum. Audivimus, inquam, lectionem verbo abbreviato quod fecit dominus super terram. Abbreviatum enim in tantum ne amplius abbreviaretur: suscepit etiam circumcisionem. Minoratus paulominus ab angelis dei filius naturam humanam induit, sed tamen nec ipsum respuens remedium humane corrupcionis plane multo minoratur ab eis. Habes hic magnum documentum fidei, habes et manifestum humilitatis exemplum. Ad quid enim sibi circumcisio necessaria qui peccatum nec commisit nec contraxit? Quod ipse non fecerit, etiam ipsa manifestat; quod non contraxerit multo cercius probat patris divinitas et integritas matris. Summus sacerdos est qui nec super matre nec super patre contaminandus prophetatum in lege est per eius quam mandatum. Est enim pater ab eterno, sed deus est in quem peccatum non cadit. Est et mater ex tempore, sed virgo, nec parere potuit incorrupta corruptelam. Super hec omnia circumciditur puer, agnus sine macula, et si non eguit tamen voluit circumcidi, nec vestigium quidem ullius vulneris habens alligaturam vulneris non refugit. Non sic impii, non sic; non sic agit puer sanctus clarissimus humane. Erubescimus vulnerum ligaturam qui de vulneribus interdum etiam gloriamur. Quis vero non potest agnoscere de peccato? Ipse peccati remedium et verecundum putavit et haustum sine ulla necessitate suscepit nec repulit cultrum lapideum in quo solo veteris illa rubigo que caderetur non fuit. Nos ergo invenimur ad obstinaciam culpe: erubescimus agere penitenciam, quod extreme demencie est, male pronum in vulnere, pecus in remedio verecundari. Qui peccatum non fecit non dedignatus est sic peccatorem reputari; nos et esse volumus et nolumus estimari. Ita nec sano opus est medicina et non male habentibus. Sano vero

ita nec eget medicamine non eger sed medicus. Quis hominum tante sibi
non ducit glorie sed vel inventi conscius equanimiter manum circumci
dentis admitteret. Christus vero patienter que non cuperet exsolvebat qui
veniens purgationem facere non suscepit delictorum. Sed dicis quid in se sus
cepit parvulus. Immo vero quid non suscepit humilis et mansuetus. Quid in
obmutescit coram circumcidente qui coram tondente obmutuit coram
crucifigente siluit. Alioquin nec illi erat difficile matris sue integritatem
conservare ne scinderetur qui fecerat ne virginalis uteri portam in exitu
suo aperiret. Non erat difficile parvulo prohibere ne caro illa circumcidere
tur quam nec mortuo fuit difficile custodire ne corrumperetur. Postquam er
go consummati sunt dies octo ut circumcideretur puer vocatum est nomen eius
Ihesus. Magnum et mirabile sacramentum. Circumciditur puer et vocatur Ihesus. Quid
sibi vult ista connexio. Circumcisio nempe magis salvandi quam salvato
ris esse videtur et salvatorem magis circumcidere decet quam circumcidi. Sed ag
nosce mediatorem dei et hominum qui ab ipso nativitatis sue exordio divinis hu
mana sociat ima summis. Nascitur ex muliere sed cui fecunditatis fructus
sic accedat ut non decidat flos virginitatis. Pannis involvitur sed pannos ipsos an
gelicis laudibus honorant. Absconditur in presepio sed proditur stella radiante
de celo. Sic et circumcisio veritatem suscepte humanitatis probat et nomen
quod est super omne nomen gloriam indicat maiestatis. Circumciditur tamquam
verus Abrahe filius. Ihesus vocatur tamquam filius dei. Neque enim ad instar
priorum meus iste Ihesus nomen vacuum aut inane portat. Non est in eo magni
nominis umbra sed veritas. Celitus siquidem inditum nomen evangelista testa
tur quod vocatum est ab angelo priusquam in utero conciperetur. Et attende ver
bi profunditatem. Postquam natus est Ihesus vocatur ab hominibus quod vocatus est
ab angelo priusquam in utero conciperetur. Idem quippe et angeli salvator et
hominis ab incarnatione angeli ab initio creature. Vocatum est ait nomen eius
Ihesus quod vocatum erat ab angelo. In ore ergo duorum aut trium testium stet omne
verbum et ipsum quod in propheta abbreviatum manifestius in evangelio legitur
caro factum. Nos fratres mei non respicit hec parabola. Christus enim non eguit an
gelico testimonio nec humano sed ut scriptum est omnia propter electos. Tri
plex proinde querendum nobis proprie salutis testimonium ne forte videamur
assumpsisse nomen dei in vanum. Et nos enim fratres circumcidi necesse est et sic
nomen salutis accipere. Circumcidi sane non littera sed spiritu et veritate. Circum
cidi non uno membro sed toto corpore simul. Licet enim magis in ea parte in qua
iudeis mandata est circumcisio regnet additamentum leviathan quod a malo
est et amputari debet universum tamen occupat corpus. A planta pedis us
que ad verticem non est in nobis sanitas nec est aliqua pars que non tabida sit
hoc veneno. Propterea sanctus Paulus adhuc in fide et dilectione perfectus con
gruam sibi mandatam exigue circumcisionis accepit sic ubi circuit in utero p
fectiorem toto videlicet corpore baptismi que totius est hominis integra

circumcisio. Hinc est quod salvator noster et circumcidi octavo die et post annos tri-
cesimum dignatus est crucifigi ubi in pena totum corpus distensum est.
Cum similitudini mortis complantati et nos ut scribit apostolus nimirum quod novis-
sime traditum est observates. Que est ergo moralis circumcisio nostra nisi quam
commendat apostolus idem. victum inquiens et vestitum habentes hiis contenti si-
mus. Optime prorsus circumcidit nos et superflua recidit universa volunta-
ria. hec paupertas penitentie labor regularis observatio discipline.
Ceterum in hac circumcisione triplex nobis querendum est salutis nostre testi-
monium ab angelo et maria et ioseph. Oportet imprimis ut ante omnia no-
bis magni consilii angelus salutis nomen imponat. Deinde et ipsius quoque
congregationis nostre est attestatio que tamquam mater est singulo-
rum. Mater inquam virgo tamquam ea quam despondit apostolus uni viro
virginem castam exhibere christo. Sed nec ipsius magistri contemnendum est te-
stimonium eius qui imitari querit salvatoris exemplum. Hic est ioseph locum
quidem optinens sponsi vel aut verum servus et dispensator. qui sine
pater vocatus magis aut nutritius est. Sed dico eandem manifestius
est et ab hiis qui foris sunt fratres nostri et ab eo qui intus est habere
oportet testimonium bonum. Cum enim omnibus grata nostra omnes est conver-
satio. Hinc sine dubio propterea de salute universa fratrum congregatio atte-
statur. Frustra plane super hiis dubitatur que sunt in manifesto nequissimus
ille fratrum accusator trahat in eum que excusat universitas fratrum. Habet
et a prelatis testimonium quisquis et primo secularis vite et hunc quoque
temporis negligentias quibus in multis offendimus omnes nisi forte sanctos nos
arbitramur. discipulo que delepit huic ... eis et puram confessione
iudicanda semper exponit et ipsorum satisfacere studet arbitrio. Iam vero in
hiis quidem pessimum illum timenda est accusatio quam intuebitur dominus verbis
in ... forte criminare volet intentione et tam pessima fa-
cere machinabatur in qua nec fratrum nec ipsius prelati testimonium sufficere
videatur. Necesse est ergo ut in hac parte occurrat nobis testis interius
qui magis certus quam fratrem ... a quo sine et impedimento est ut nec prius
... in ... comparatum qui ab eo nomine salutis accepit. Ubi ergo in opus
processerit manifestum expedit etiam exteriora quoque sibi testimonia
conciliare sicut ait apostolus. providentes bona non tantum coram deo sed eti-
am coram hominibus. Item de circumcisione domini de octavo die.

In circumcisione domini fratres habemus quod ammiremur et ammirantes habe-
mus et quod imitemur patet in ea magnum dignationis beneficium unde
gens agimus latet aliquid clausum quod in nobis implere debeamus.
Venit namque dominus maiestatis nos non solum redimendos sanguinis effusione sed
et docendos verbis et exemplis nichilominus instruendos. Sicut enim
penitus erat inutile verum scire si detineremur in carcere ita redimi non pro-
desset si nec ignari quis prius inveniret et prius redueret in carcere retru-

dendos. Itaque in maiore quidem etate patientie et humilitatis et super omnia cari
tatis ceterarumque virtutum manifesta dedit salvator exempla in infantia signis
eis velata. Sed antequam ad hec discutienda veniamus delectat aliquid prius
de tanta et tam manifesta dignatione loqui. Habent angeli gloriam puerorum
et perfectam sed nec nos expertes sumus glorie. Vidimus gloriam eius gloriam quasi unige
niti a patre. gloriam mire et affectus vere paterni gloriam procedentis ex corde
patris et paterna plane viscera exhibentis. Omnes enim permanent ut apostolus
et egent gloria dei. Et alio loco. Michi inquit absit gloriari nisi in cruce
domini nostri Ihesu Christi. Quid enim gloriosius quam quod tanti estimavit nos deus? Que
ne illi maior gloria quam tanta dignatio et benignitas tanta eo utique dul
cissima quo tam gratuita. Nam et pro impiis mortuus est. Vides quantum fecit et
pro qualibet. Pro qualibet ut non superbiamus. quantum ne desperemus. Propterea
ut inveniatis non spiritum habere huius mundi sed spiritum qui ex deo est ut sciatis
que a deo donata sunt vobis. Noli obstinari sicut sicut equus et mulus
sicut pium iumentum quod ait. Ut iumentum factus sum apud te et ego
semper tecum. Talia enim iumenta cognoscunt possessorem suum et presepe do
mini sui in quo positum est cibus purissimum fenum. Ipse qui panis est ange
lorum. Ipse est enim panis vivus de quo vivere debuit homo sed quia homo iu
mentum factus est et panis factus est fenum ut vel sic vivat de eo. Et huius
quidem mutationis sacramentum die nativitatis celebratum est quando verbum caro fa
ctum est cum sit omnis caro fenum. Ipse ergo die minoratus est ab angelis et
habitu inventus ut homo. Hodie vero mirabilius aliquid audio. Iam mi
noratus est multo minus angelis qui non solum formam hominis sed formam
habet peccatoris et insigne velut quoddam cauterio latronis. Quid est enim
circumcisio nisi superfluitatis et peccati indicium? Et te domine Ihesu quid est superflu
um quod circumcidat? Nonne tu verus es deus de deo patre. homo verus sine omni
peccato de virgine matre? Quid factus circumcidi voluisti? Putatis quod super eum
cadere posset illa sententia. Masculus cuius preputii caro circumcisa non fu
erit peribit anima illa de populo suo. Poterat obliviscisci pater filii uteri sui
aut non cognosceret eum nisi signum circumcisionis haberet? Immo vero si quo
posset non agnoscere filium in quo sibi bene complacuit ex hoc maxime signo po
terat ignorare eum inveniens in eo circumcisionem qua parvulis ipse providerat
ob purgationem utique delictorum. Sed quid mirum si caput pro membris accepe
rit curationem quam hii ipsi pene habuere necessariam. Nonne et in membris no
stris sepe pro unius infirmitate alteri adhibetur curatio? Dolet caput et in
brachio fit sectura. Dolent renes et fit in tibia. Sic hodie pro toto
corporis putredine cauterium quoddam impressum est in capite. Denique et quid
mirum si pro nobis dignatus est circumcidi pro quibus dignatus est et mo
ri. Totus siquidem nobis datus et totus in nostros usus expensus est. Ego
enim audiens quia transit ab oriente filius magni regis cepi altius geme
re et miserabilius exclamare dicens. Fili dei miserere mei. At ille sicut be

nequissimus. Quis nam iste est fletus iste et ululatus quem audio? Et
dicitur ei: Ipse est Adam praedictus ille quem per me intrudi feci in carcere
donec exigeret quibus illum suppliciis fecerat mittere. Quid agit cum ma-
turi bonitas cui proprium est misereri semper et parcere? Descendit tan-
dem veniens ut educat vinctum de domo carceris. Iudei vero non immemo-
res odii quo oderunt patrem exercent illud in filio. Vidit et ipse ait: qui
odivit et me et patrem meum. Quid ergo fecerunt impii cum eum agnovisse-
nt etiam ad videndum? Hic est inquiunt heres, venite occidamus eum.
Sic ergo occiditur agnus dei et fit ita quidem principium sed in magna salute.
Illi enim sanguinem agni fuderunt, nos accepimus et bibimus illum. Percepimus
calicem salutaris et calicem tribulationis quo potatus est. Ecce unde gratias agi-
mus. Iam ante paucos dies celebravimus adventum eius in carcere huius
mundi. Adest dies natalis. Hodie vero celebramus circumcisionis et vincula
non suscepit. Hodie qui peccatum non fecit ut reos absolvat innexus ma-
nus. Cum catenis astringitur. Hodie sub lege factus est qui legem dedit.
|| Sed dicendum est iam quid in hac circumcisione nobis specialiter intue-
tur agendum. Neque est sicut circumcisio in lege propter nos sicut circumcisio in domino comple-
tum est ut in octava die fieret circumcisio. Sed quis cognovit sensum
domini aut quis consiliarius eius fuit? Assit nunc nobis de sedibus adveniens
spiritus qui scrutatur alta dei et edisserat nobis sacramentum istud octave diei.
Non cognovimus iam oportere hominem nasci denuo nam propter hoc secundo natus est
filius dei. In peccatis siquidem nascimur omnes et necesse habemus renasci
in gratia quod in baptismate fit quidem propemodum sed totum perficitur in saeculari vita.
Nunc primum instaurantur a deo virtutis gratie in nobis operatur ut in novitate vite am-
bulemus. Ergo nascitur homo qui sol iustitie ortus in caelo primum illuminat te-
nebras horrendique dei iudicium in omnes abditis offert addens ad ter-
roris vinculum breve dierum numerum et finem incertum. Hec plane ve-
spera est ad quam demorabitur fletus et necesse est addi matutinum letitie
ut auditam faciat nobis misericordiam suam. Sic enim fit vespere et mane dies
unus. Est autem dies ista iustitia reddens cuique quod suum est nobis ministra-
turum deo. In hac die puer nascitur qui ex hiis que diximus ad amorem pe-
nitentie et odium peccati animum excitat. Sed periculosum est si forte velit
iam secula turbas agere primam ubi murmurant alii venerantes confessionibus
alii undique exemplis peccatoribus ad peccatum alliciant alii adulationibus in va-
nam gloriam alii detractionibus in impatientiam animum eius ducunt. Procedat iam
necesse est prudentie videns attendat quantis et quam importunis periculis in hac
generatione opportunitates et occasiones peccati offerunt mundus et ingerunt. Quam
debilis sit ad illas humanus animus maxime qui peccati consuetudine sit nutri-
tus. In hac ergo die prudentie eligat de presenti seculo nequam fugere dicens
cum propheta: Odivi ecclesiam malignantium et cum impiis non sedebo. Sed non-
dum sufficit hoc. Forte enim vult eligere solitudinem non satis attendens

propterea in ferventiore et periculosiori dyaboli lucta. quidem periculosius quam
solitarius luctatur contra antiquum hostem versutum a quo videatur et quem videre non
possit. Itaque cum fortitudinis decorem habet nobilem ut nouicius custo-
diendam ad domum fortitudinis et in acie multorum parati pugnandi cum eis
se querendam ubi tot sunt auxiliarii quot socii et tales qui dicere pos-
sint cum apostolo quia non ignoramus astucias inimici. Congregatio enim
pro fortitudine sua terribilis est ut castrorum acies ordinata. Ve autem so-
li quia si ceciderit non habet sublevantem. Et si cuiquam ex antiquis pa-
tribus gratiam hanc gressam audivimus non expedit temere se committere
huic periculo nec oportet temptare deum sicut et magister noster de anachoretis
loquens. qui non fervore conversionis nouicio sed monasterii pro-
batione diuturna didicerunt contra dyabolum multorum solacio iam docti
pugnare. Itaque in hac fortitudinis decore ad id quod iam repetit id est odivi
ecclesiam malignancium etiam addit quod sequitur. lavabo inter innocentes manus
meas. Verum cum eligit esse in congregatione multorum. magis eligit esse
magister qui nondum discipulus fuit et docere quod docere didicit magistro. quomodo
autem ipse aut in aliis motus intemperabiles poterit temperare. Nemo enim sua
odio habuit. quo ergo putatis si cum magister suus fuerit iste qui sibi
sibi aliquem ex amplius quo familiarius condescendet. Illuc sit ergo
duces temperantie ut sint qui temperare et refrenare possint interiores
tes motus voluptatis bestiales motus curiositatis cervicosi motus ela-
tionis sue. Eligat abiectus esse in domo dei sui et subiectus esse magistro
sub quo frangatur eius voluntas et obediencie freno compescatur reprimatur
semper quod ait propheta. Imposuisti homines super capita nostra. Nec dedignetur
servire quod presset in domino secundum non est servus maior domino suo. Ille enim
cum iam crevisset etate et sapiencia et gratia apud deum et homines cum iam
duodecim annorum esset et remansisset in Iherusalem inventus a beata matre et
a Ioseph cuius filius putabatur in medio doctorum audiens illos et interrogans
eos descendit cum illis et erat subditus illis. Et tu ergo subditus esto propter
illum. || Sed cum tibi in ipsa obediencia via aliqua fortassis dura et aspera
occurrere possit ut accipias in odium precepta non nulla que licet salubria
sint minus tamen suavia videantur. hec si moleste excipis sustine. si deinde
nec planum. si murmurare in corde etiam si exterius impleas quod iubetur
non est hec virtus pacientie sed velamen malicie. Necesse est ergo ut tibi il-
lucescat dux pacientie per quam cuncta dura et aspera tolerans amplectaris constan-
tia te magis diligentius et diligentius arguens cum nimium displicent
que ad salutem pertinent et in regimine tua semper pronum magis quam ad potes
adversitates tamen ipsum iniurias te in omnibus accusare ipsum non magis excusa-
re laborans. ⸢ Porro in hoc loco concedunt tibi adiutorem a superbia. mag-
num est enim omnino se vincere semetipsum. melior est enim ut ait Salomon pa-
tiens viro forti et qui dominatur animo suo expugnatore urbium. Considera

denique quam manifeste propheta docet necessariam esse humilitatem post patie-
ntiam dicens Verumtamen deo subiecta esto anima mea quoniam ab ipso patientia mea.
Nonne videtur hac occasione patientie temptationem sensisse superbie. Ne-
cesse est ergo ut illuminet cor tuum indicium humilitatis et declaret quid
a te sit quid a deo ut non altum sapias quoniam deus superbis resistit humilibus
autem dat graciam. Iam vero cum in tribus hydriis divinis fueris exercitatus ego dico
tibi lumine devotionis diem serenissimum et sabbatum mentis in quo tamquam emeri-
tis militie laboribus universis vivas absque labore dilatato nimium cor-
de currens viam mandatorum dei ut quod prius cum amaritudine et coactio-
ne tui spiritus faciebas deinceps iam cum summa dulcedine peragas et delectatione.
Hanc ni fallor petebat qui ait. Remitte michi ut refrigerer. ac si
diceret. quousque in labore et dolore isto conteror et morte afficior tota
die. remitte michi ut refrigerer. Verum ad hanc quidem perfectionem
pauci ni fallor perveniunt in hac vita. neque enim si quis aliquando videtur hanc
habere continuo credat sibi necesse est maxime si novicius est nec per-
fectos ascenderit gradus. pueris enim deus pusillos corde blandimentis talibus
solet allicere sed noverint qui eiusmodi sunt graciam hanc perfectam sibi non
datam ut in die bonorum memores sint malorum et in die malorum non inmemo-
res sint bonorum. Longe aliter qui exercitatos habent sensus devotio-
nis huius felici iocunditate fruuntur. Sed multi tota vita sua ad hoc
tendunt et nunquam pertingunt. quibus tamen si pie et perseveranter conati sunt
statim ut de corpore exierint redditur quod in hac vita dispensatione est ne-
gatum. illuc producente eos sola gratia quo prius tendebant. ipsi cum gratia con-
summati in brevi explerunt tempora multa. Illis vero qui ad hanc devotionis
graciam perveniunt unum videtur restare periculum et omnino timendum eis a demonio
meridiano. Ipse enim sathanas transfigurat se in angelum lucis. Hoc er-
go timendum est quia in tanta delectatione omnia fiunt ne dum servitur affectione
corpus destruat per inmoderatam exercitationem ac deinde necesse habeant
non sine magno spiritualis exercitii detrimento circa debilitatem corporis curandam
occupari. Ergo ne hoc eveniat quod cavere diligentius necesse est lucet
discretionis que mater virtutum est et consummatio perfectionis. Hec
nimirum docet ne quid nimis. Atque hec est octava dies in qua circumci-
ditur puer quia discretio vere circumcidit ut non plus nec minus fiat. Nam
qui minus est fructum boni operis abscondit non circumcidit sicut qui re-
pidus est et minus facit. In hac ergo die nomen imponitur et nomen sa-
lutis nec de eo quin sit que sit dubitet dicere quod sicut ipsius salutem operatur.
Usque ad hunc enim diem dici possunt angeli qui noverunt secreta celestia
sed ego non prius et fiducialiter salutis nomen impono. Sit vero quia omnino cir-
ca istum avis est in terris huius discretionis locum in vobis fiat supplent
virtus obediencie ut nichil plus nichil minus nichil aliter quam impera-
tum sit faciatis. || Sermo in die Epiphanie de verbis apostoli

Apparuit benignitas et humanitas salvatoris etc.

Apparuit benignitas et humanitas salvatoris nostri dei. Gratias
deo per quem sic habundat consolatio nostra in hac peregrina
tione in hoc exilio in hac miseria. Super hiis namque sepius vos
admonere curamus ut nullius mente excidat peregrinos vos esse
longe factos a patria pulsos hereditate. Quisquis enim desola
tionem non novit nec consolationem agnoscere potest. Quisquis consolationem
ignorat esse necessariam superest ut non habeat gratiam dei. Inde est quod homines se
cularibus negociis et flagiciis impliciti dum miseriam non senciunt misericordiam
non attendunt. Vos quibus non frustra dictum est vacate et videte quoniam sua
vis est dominus. Et de quibus idem propheta virtutem operum suorum annun
tiabit populo suo. Vos inquam quos non detinet occupatio secularis atten
dite que nostra sit consolatio specialis vos qui non ignoratis exilium audite
quia de celo venit auxilium. Apparuit enim benignitas et humanitas salvatoris
nostri dei. Priusquam appareret humanitas latebat benignitas siquidem et pri
us erat nam misericordia domini ab eterno. Sed unde tanta agnosci poterat?
Promittebatur et non senciebatur unde et a multis non credebatur. Multiphariam
quippe multisque modis loquebatur dominus in prophetis. Ego inquiens cogito
cogitationes pacis et non afflictionis. Sed quid respondebat homo afflictionem
sentiens pacem nesciens? Quousque dicitis pax pax et non est pax? Propter
quod angeli pacis amare flebant dicentes. Domine quis credidit auditui nostro?
Sed nunc credant homines vel visui suo quia testimonia dei credibilia facta sunt
nimis ut enim nec turbato quidem lateat oculo in sole posuit tabernaculum
suum. Ecce pax non promissa sed missa non dilata sed data non prophetata sed pre
sentata. Ecce quasi saccum plenum misericordia sua deus pater misit in terram saccum inquam
in passione concidendum ut effundatur precium quod in eo latet pretium nostrum. Saccum utique et
si parvum sed plenum. Parvulus siquidem datus est nobis sed in quo habitat omnis
plenitudo divinitatis. Postquam enim venit plenitudo temporis venit et plenitu
do divinitatis. Venit enim in carne ut vel sic carnalibus exhiberetur et ap
parente humanitate benignitas agnosceretur. Ubi enim dei innotescit huma
nitas iam benignitas latere non poterit. In quo enim magis commendare
poterat benignitatem suam quam suscipiendo carnem meam. Meam inquam non car
nem ade id est quale ille habuit ante culpam. Quid tantopere declaret
eius misericordiam quam quod ipsam suscepit miseriam? Quid ita pietate plenum
quam quod dei verbum propter nos factum est fenum? Domine quid est homo quia repu
tas eum aut quid apponis erga eum cor tuum? Hinc attendat homo quan
ta cura eius sit deo hinc sciat quid de eo cogitet aut quid sentiat.
Non interroges o homo tua que pateris sed que passus est ille. Quanti te fe
cerit ex hiis que pro te passus est agnosce ut appareat tibi benignitas eius
ex humanitate. Quanto enim minorem se fecit in humanitate tanto maiorem
exhibuit in bonitate. Et quanto pro me vilior tanto mihi carior est. Apparuit